





1673, 7
42
NUMINE DIVINO MODERANTE
ET
Magnifico Jctorum Senatu in Il-
lustri Academia Salana
ADPROBANTE,
Decadem Positionum Juridicarum
DE

ANTIQUO ET MO-
DERNO ADOPTIONUM JU-
RE ET STATU,

Sub PRÆSIDIO

DN. JOHAN. CHRISTOPH.

Saldners / J. U. D. & Prof. Publ. Celeber-
rimi, Consilarii Saxonici, Dicasterii Provincia-
lis, Scabinatus & Juridicæ Facultatis Asses-
foris Gravissimi,

*Dn. Doctoris, Patroni ac Promotoris sui omni honoris
cultu atatem devenerandi,*

Ad diem Junii M. DC. LXXIII.

In Auditorio Jctorum,

Horis consuetis,

Disquisitioni publica exhibet

A U T O R

Christian ALBERTI Rick. Misn.

J E N Æ

Literis JOHANNIS WERTHERI.



Illustrissimi ac Potentissimi Principis ac Domini,
DN. JOHANNIS GEORGII II.

Sacri Romani Imperii Archimarschalli & Electoris &c.

ut &

Reverendissimi atque Celsissimi Principis ac Domini,

DOMINI MAURITII

Postulati Administratoris Episcopatus Numburgensis &c.

Ducum Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium &c.

Respective

Consiliario intimo, Cancellario atque Incluti Consistorii Episcopalis

P R Æ S I D I

Viro admodum Illustri, Magnifico, Consultissimo, Splendore generis & magnâ virtutum laude longè Eminentissimo,

DN. VITO LUDOVICO

à Seckendorff/ Sacri Romani Imperii Equiti ac Taparchæ in Erba/ Gumperda/ Oberzena & Mödelstein &c.

Nec non

Viro Pranobilissimo, persrenuo, virtute, prudentiâ & multorum usu, Excellentissimo,

DN. JOHANNI LUDOVICO

à Pölnitz Hæreditario in Köpsen &c.

Ejusdemque Filio

Viro aequè, Pranobilissimo Consultissimo, Eruditione & virtutum nobilitate longè Celebratissimo

DN. JOHANNI LUDOVICO,

Illustrissimi Regiminis Saxo Morizburgensis Consiliario dignissimo, lectissimo.

Dominis ac Promotoribus suis humillimâ animi submissione atatèni devererandis, colendis.

Disputationem hanc in devoti animi ac debiti obsequii argumentum

offert ac dedicat

Aut. & Resp.



Erfabantur equidem Ethnici in densissi-
 ma errorum caligine atque adeò in ipsis
 quod ajunt cimmeriis tenebris, in quas
 ob contemptum DEI omnipotentis, ut
 divinæ ac veræ religionis Interpres Pau-
 lus in Epistola ad Romanos testatur, inci-
 derant, attamen tantum luminis illis remansit, ut omnem
 industriam, omnes conatus ac vires suas mancas esse, ne-
 que quicquam sine Deorum immortalium ope, nutu ac
 voluntate inchoare ac perficere se posse autumarent.
 Hancque ob causam, testibus Plinio Juniore ac Valerio
 Maximo, gravissimis in primis Auctoribus ac diligentis-
 simis dictorum factorumvè memorabilium Indagatori-
 bus, nullum omninò opus adgrediebantur, quin aut
 DEUM aliquem invocarent, aut verba quædam boni
 ominis gratiâ præfarentur; Ego verà veritatis luce instru-
 ctus veramque confessionem doctrinæ cælitus patefactæ
 complectens longè certò digniùs atque feliciùs à DEO
 Optimo Maximo, sine cujus auxilio nullum boni ope-
 ris fundamentum vel ædificium stabile, secundum D. Ju-
 stiniani exemplum, qui & ipse in nomine Domini JESU
 CHRISTI ad omnes actus suæque consilia progredi soli-
 tus est, devotè ordior, summoque Numine cordicitùs in-
 vocato ad immortale præsidium respiciens eundem
 Auctorem ac summum Directorem atque Præsidem fieri
 supplex exopto.

POSITIO

I.

Ex utili itaque ac omni benè perpendendi ratione condigna adoptionum materia positiones quasdam sub disputationis incudem introducturus haud abs re esse existimo, si antè, quàm in intima ipsius rei adyta descendam, brevem de quidditate nominis, quam disputandi rationem ipse Philosophus *1. Post. cap. 2. § 18.* commendat, mentionem præmittam. Duplicem enim constituunt Logici definitionem; unam nominis, alteram rei; Unde illam de quid nominis, hanc de quid rei indigitant: Hæc quidem propriè, illa impropriè dicitur definitio. Dicta autem est Adoptio, quòd valdè optet liberos, qui adoptat, quia articulus, AD, primitivum suum auget, vel, quòd liberos eligat, quos vult *test. Anton. Fabr. in rational. ad L. 1 ff. h. t. § in Jurispr. Pap. ad eumd.* Ex quo patet, quidditatem ejus nominalem latere in composito verbo adoptare, quod idem est, quod optione facta deligere atque in suam adsciscere familiam. (α) Ergò adoptio generatim ac impropriè definita est alicujus in locum filii electio. (β) origine antiquissima. (γ)

GO-

849

Gothis olim Adfiliatio (d) Atheniensibus *Ἰωνε*
dicta (e)

(a) Adoptivi olim, ut ex pluribus adoptatorum nominibus facile cognoscitur, omnes transibant in gentem & familiam adoptantis. Etenim de T. Pomp. Attic. legimus in Epist. Cic. qui post adoptionem vocatus est Qu. Cæcilius Qu. Fab. Pomponian. Attic. Moris siquidem erat, ut is, qui adoptaretur, & prænomen & nomen & cognomen sumeret familiæ adoptantis, genere & nomine propriò plerumque in (ANUS) derivatò. *Vid. Xiphilin. in epit. Dion. p. 165. Sueton. in Galb. c. 17. Æl. Spartian. in Hadrian. c. 23. m. Jul. Capitolin. in M. Anton. Philos. c. 5. Petr. Fabr. lib. 1. Semestr. c. 14. p. 80. Ang. Polit. in misc. c. 31.* Hinc Octavius post adoptionem Octavianus & Publ. Corn. Scipio Æmilianus dicti sunt, ut Dion Auctor est lib. 40. & 46. Cæteroquin alios putare à Marcellis Marcellinos hòc modò dictos fuisse, à Juliis Julianos, à Domitiis Domitianos & à Servilio Servilianos, testis post Macrobius est locuples accuratissimus *Paul. Manut. in Epist. ult. lib. 1.* Quamobrem & adoptare non incitè pro nominare Plinius, Martialis & Horatius usurparunt. (β) *Vide Gell. l. 5. Noct. Attic. c. 19. Vultej. Jurispr. Rom. lib. 1. & Schneidevvin. Comment. ad §. 2. Instit. tit. de adopt.* (γ) Nam veteres non solum Romanos, qui vel onera matrimonii detrectabant, vel qui sterile habebant conjugium, vel quorum filii erant mortui, improbi aut degeneres, ad emendandum infortunium, filios sibi adsciscere consuevissent, testis est Gellius, præsertim autem Julium Cæsarem Augustum, Augustum verò Tiberium adoptasse, videre est latiùs ex Suetonio, Auctore

A 3

ctore secundum Vopiscum & Ludovicum Vivem, emen-
datisimo; Sed Græcos etiam adoptasse, ex Plutarcho in
Theseo liquet; ubi Theseum ab Ægeio Athenarum Rege
in filium acceptum refert: Imò & apud Ægyptios Mosen
adoptavit Ægypti Regis filia. *Exod. 2. v. 10. Act. 7. v. 22.*
Addat. *Joseph. de antiq. Judaic. Æginet. Isocrat. Diodo. Sic.*
4. Biblioth. & Tholosan. l. 10. Syntagm. c. 6. (δ) Vid. Gædd.
ad l. 159. n. 2. de verb. signif. Cujac. 7. observ. 33. Sive ἠοδεσία.
Testibus Plutarcho in Theseo citat. & Demosth. in orat.
πρὸς Λεώχαρον.

II.

Visa definitione nominis, inquirenda ve-
nit & definitio rei, circa quam potissimum
consideranda erunt Genus (α) Differentia (β)
Objectum (γ) Finis (δ).

(α) Est legis actio, non tantum quia à Jure civili
originem sortita est adoptio, sed etiam, quia apud eum
tantum, penes quem plena legis actio, id est, libera ac
ordinata Jurisdictio est, expediri potest. *l. 2. in pr. ff. eod.*
l. 3. ff. de offic. Proc. l. 4. ff. & l. 1. C. de adopt. Inde nec ad-
optaturus aliquem coram Notario & testibus obtinebit;
l. 4. ff. eod. ubi proditum est, adoptionem non tabulis, li-
cet per tabellionem conficiendis, sed solenni Juris or-
dine apud præsidem solere copulari. (β) Ab objecto &
Fine desumitur. (γ) Objectum est is, qui filius naturam
non est, sive extraneus planè, sive ex familia seu conjun-
ctus fuerit. (δ) In eo maximè consistit, ut orbus parente
hæres aut filius efficiatur, ac potestati patriæ subiciatur.
l. 1. ff. de adopt. & pr. Inst. eod. Unde *Appian. lib. de Bell.*
Civ. 3. Πινομάτω & inquit, ἡ δὲ Ῥωμαίοις ὁ τρόπος ἐστὶ
ὅτι τῶν ἀπατέρων καὶ θύγατρας μάλιστα αὐτοὶ ἰσα σοῖς γησίοις
παίσι

αἰσιν ὅς συνγονεῖς τῶν θεμένων ἢ ἀπὸ πατρὸς.
Nam adoptatus in naturalis patris familia extraneus or-
busque quasi fiebat & in adoptatoris familiam ac gentem
cooptabatur. *l. pen. ff. de bon. poss. secund. tabb.*

III.

Ex præmissis igitur colligo, adoptionem
actum esse legitimum (α) per quem is, qui filius
naturā non est (β) alicui filius vel nepos effici-
tur (γ) inque alienam familiam & jus filii fa-
miliam suscipitur (δ) imitantem naturam (ε) ad-
solatium eorum, qui liberos non habent, ad-
inventum. (ζ) Ejus causa efficiens est vel remo-
ta, vel propinqua, & quidem remota est Lex (η).
Propinqua verò consensus eorum, qui hoc actu
utuntur. (θ)

(α) Sequor *Papin. in l. 77. de R. J.* quia est actus
non moribus, sed lege XII. Tabularum institutus, ex-
pediendus coram illo, cui id specialiter indulgetur.
Quod ipsum satis luculenter dispalescit ex *l. 2. in pr. ff.
de adopt. l. 3. ff. de off. Procons. l. 4. ff. & l. 1. C. de adopt.
Vid. Coras. ad rubr. ff. de adopt. Duar. ad tit. de judic. in C.
de Judicibus datis & Dd. ad d. l. 77. ff. de R. J.* qui legiti-
mos actus eos vocant omnes, qui à lege approbantur. Nec
obstat, quod Gothofred. *ad d. l. 1.* existimet, adoptionem
ideò inter actus legitimos non referri, quia solennia e-
jus à Justin. *l. pen. & fin. C. eod.* sunt sublata, quod, licet
factum sit, eam tamen defuisse actum esse legitimum, nul-
latenus evincitur, estque planè verum, Div. Justinianum,
quanquam Juris veteris imaginarias quasdam solennita-
tes abrogaverit, omnem tamen hinc solennitatem neuti-
quam



quam sustulisse. (β) Sive sit extraneus planè, sive sanguine junctus, modò homo sit liber. (γ) Etiam si enim quis filium non habeat: Potest tamen tam in locum filii, quàm nepotis, pronepotis & deinceps, ex filio quasi, quem quis nunquam habuit aut habere desiit, aliquem adoptare. Idque per fictionem Juris favore propagandæ familiæ. § 5. *Just. de adopt. l. 10. & l. 43. ff. eod.* (δ) Quia nullius alterius cognationis Jus per adoptionem quæri potest, id quod non solius in nominis, sed, quia, ut extat in *l. 23. ff. de adopt. & l. 1. ff. de su. & legit. suus* adnascebatur Patri adoptivo, bonorū etiam & sacrorum hæreditate constat. De quibus Tullius in *l. de leg. 11. & orat. pro domo sua multa, quin lib. de off. 3.* æquum haud esse, ex adoptione nihil ad aliquem præter nomen pervenire, his verbis tradit; sed cum Basilus M. Satrium sororis Filium, nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset hæredem, non erat æquum, Principes civitatis rem habere, ad Satrium verò nihil præter nomen pervenire. Et Ulpianus in *l. 1. §. 7. ff. de su. & legit.* Ubi, quum dixisset, qui post mortem suam Perduellionis damnatus est, jure suo excludi. Hoc quo? inquit: ut ne jura sepulcrorum hic filius habeat. (ε) Adoptio in his personis locum habet, in quibus natura locum habere potest, *l. 16. ff. de adopt.* estque ea quasi naturæ æmula, quæ vices subit nuptiarum, nam ut justis nuptiis naturales simul & legitimi nascuntur, ita per adoptionem legitimi tantum fiunt *l. 5. ff. de his, qui sunt sui. Vid. Coras. loc. præallegat. & Perez. in Instit. l. 1. de adopt. erotem 1.* Potest ergò quis filium habere adoptando, quem non generavit. (ζ) Ut videlicet defectum naturæ lex suppleat & sterilitati aut mortalitati familiarum deficientium medeatur, *testant. Treutl. disput. 2. vol. 1. th. 9. lit. A.* (η) Vel
uti

857
uti, quæ eam introduxit & permittit in specie adoptare
ei, cui plenam legis actionem dedit. *l. 3. ff. de adopt. & l. 1. C. eod.* Unde etiam liberi adoptivi dicuntur legitimi
tantum *Accurs. ad pr. Inst. h. t. (9)* Descendit enim quasi in
naturam contractus & oportet & adoptantem & eum,
qui adoptatur consentire *l. 5. l. 24. ff. de adopt. l. 4. C. de
emancip. lib. Treutl. d. D. 2. th. 8. lit. E.* Quod si cui ra-
tio hæc non satis concludens videatur, tum quod forsan
etiam infans, cuius, ut dicitur *in l. 1. C. de fals. moneta.*
nullus est consensus, in adoptionem dari possit, tum
quod adoptandus magis obtineat rationem rei, quæ in
contractum deducitur, nullus tamen dubito, quin ado-
ptionem, si ratione consensus Parentum dantis in ado-
ptionem & adoptantis considerare non noluerit, ad con-
tractus instar redigendam adfirmet.

IV.

Adoptio dividitur in duas species, quarum
prior fit Principis auctoritate (α) posterior au-
tem imperio Magistratus. (β) Illa dicitur adro-
gatio (γ) hæc adoptio in specie. (δ) Utraque de-
scribitur ab objecto (ϵ) & forma (ζ).

(α) *l. 1. l. 2. ff. de adopt. & §. 2. Inst. eod.* Ubi Ludvvell. in
Comment. suo quinque alioquin numeratas adoptio-
num fuisse species recenset; nempe per testamentum,
per baptismum, per arma, per capillum & per matri-
monium. Eas autem adoptiones, ut per baptismum &
matrimonium non esse, & reliquas tres in desuetudinem
abuisse, apud eundem legitur (β . γ . δ .) *arg. d. ll. & §. 2.*
Inst. eod. (ϵ) Objectum adrogationis est is, qui sui juris
nec in patriâ potestate constitutus *l. 2. ff. & §. Inst. 2. eod.*

B

& qui-

& quidem vel pubes, vel impubes est. Forma est auctoritas & rescriptum Principis *d. l. & §. De adrogatione puberis tractat Donel. lib. 2. Comment. c. 23.* In impuberis autem adrogatione occurrit differentia quoad formam & effectum. Forma versatur 1. In inquisitione, an honesta sit causa adrogationis & adrogatio impuberi expediat. 2. In Satisfactione; quâ seruo publico caveat adrogator de bonis adrogati intra pubertatem de mortui hæredibus restituendis. Effectus est, 1. Ut non aliter emancipetur adrogatus nisi causâ cognitâ. 2. Ut emancipatione præcedente adrogato sua bona reddantur. 3. Ut adrogatus consequatur quartam partem bonorum adrogatoris si is vel decedens eum exhæredarit, vel vivus absque præviâ causæ cognitione emancipaverit. Adoptionis in specie objectum est filius familias, vel is, qui patriæ potestati subest; *d. l. 2. ff. & §. 2. Instit. de adopt.* Forma consistit in tribus potissimum requisitis. 1. Ut fiat imperiò Magistratus §. 1. *Instit. h. t. & d. l. 2. in pr.* & quidem competentis *l. ult. C. h. t.* qui est is, apud quem legis est actio. *l. 4. ff. l. 1. C. eod. & l. 1. C. de off. Juridic. Alexandr. & l. ult. C. de emancip. liber.* Qualis Magistratus erat Romæ Consul & Prætor: In provinciis Præses & Proconsul. §. 8. *Instit. h. t. l. 36. ff. & l. 4. C. eod.* Nec refert, detur ne ipse Magistratus adoptandus *l. 3. ff. d. t.* vel det ipse in adoptionem *l. 4. C. eod.* vel denique ipse adoptet *l. 2. ff. de off. pres.* Quæritur hic num etiam apud legatum Proconsulis adoptio fieri possit? Videtur hoc apertè negare *Ulp. in l. 3. ff. de off. Procons. & legat.* ubi dicit, quod idè apud legatum Procons. nemo adoptare possit, quia omninò non sit apud eum legis actio. Accedit & illa ratio, quod legis actiones *l. 23. de R. J. & reliqua ejus generis,* quæ certis tantum
Magi-

Magistratibus nominatim dantur, jurisdictione alteri mandata non transferantur & ne mandari quidem possint. *l. 1. in pr. ff. de off. ejus cui mand. est jurisdic.* Ex eo autem genere est adoptio *l. 4. ff. h. t. l. 1. C. de off. juridic. Alexandria. & l. 1. C. de adopt.* Cum igitur legatus Proconsulis ex mandato ejus jurisdictionem habeat *l. 4. §. ult. l. 5. l. 12. & l. seq. de off. Procons. & legat.* sequitur, quod transire in eum non possit adoptionem peragendi facultas. Sed his non obstantibus dico, apud legatum Proconsulis posse fieri adoptionem, quia apud quem legis est actio, apud eundem quoque fieri debet adoptio. *l. 4. ff. h. t.* Sed apud legatum Proconsulis est legis actio, *l. 17. §. 1. de manumiss. vindic. Paul. lib. 2. sentent. tit. 25.* Nec resistit. *d. l. 3.* nam quod ibi manumissio & adoptio omnisque legis actio legato denegeretur, id non absolute, sed comparate & restrictivè sumendum. Docuerat enim *in pr. l. 2. Marcianus* omnes Proconsules statim, quum urbem sunt egressi, habere jurisdictionem voluntariam, ita ut manumitti apud eos tam liberi, quam servi, & adoptiones fieri queant. Et quamvis deinde subjecerit *in §. 1.* apud legatum neminem manumittere posse, quia non habeat jurisdictionem talem, nec adoptare posse, omnino enim apud eum non esse legis actionem, *d. l. 3.* tamen his textibus tantum hoc probatur, apud legatum, antequam provinciam ingrediatur eique mandetur à Proconsule jurisdicatio, non esse legis actionem, nec posse apud eum manumitti, vel adoptari. Ita enim eas l. intelligendas esse & coherentia *pr. d. l. 2. cum §. 1. & l. 3.* & quæ ibi fit oppositio, intra eosdem terminos continenda, & particula, *talem,* relationem & comparisonem denotans, & juris analogia dilucidè indigitat.

B 2

Nam

Nam si omninò apud eum non est legis actio etiam-
tùm, quando Proconsul ei Provinciam ingresso manda-
vit jurisdictionem, utique & sequitur, non tantum fal-
sum esse, quod in *d. l. 17. §. 1. de manum. vindict.* de ma-
numissione asserit *Paul.* sed etiam quod asserit in *l. pen.
de off. Procons. & leg. & in l. 1. §. 1. de tut. & curat. dat.*
quod nimirum ei tutoris datio, quæ & ipsa est legis actio
l. 77. de R. J. competat. Ratio autem cur legatus, an-
tequam in Provinciam venisset, legis actionem non ha-
buerit, desumenda est ex *l. 4. ff. de off. Proc. & leg.* quia
nimirum Proconsul ipsi antè non mandabat jurisdic-
tionem, quàm esset provinciam ingressus. At dicat quis-
piam in *§. ult.* eam tradi rationem, cur legato Proconsu-
lis, antequam provinciam ingrediatur, jurisdictio man-
dari nequeat, quia ipse Proconsul antequam in Provin-
ciam veniret, jurisdictionem non habeat, quod certè de
sola contentiosa jurisdictione accipiendum est, volunta-
riam enim statim, quando urbem egressus fuerit, habet
jurisdictionem *d. l. 2. in pr.* Quid verò sit causæ, quod
manumissionem, quæ tamen quoque ad voluntariam ju-
risdictionem pertinet, statim mandare nequeat, patet
ex *l. 123. ff. d. R. J.* quoniam videlicet manumissio, eman-
cipatio & adoptio legis actiones sunt, quæ non mandan-
tur, nec mandatâ jurisdictione transferuntur. At exinde
non sequitur, apud legatum Proconsulis, qui nihil pro-
prij habet, nisi à Proconsule ei mandata fuerit jurisdic-
tio, *l. 13. de off. Procons. & leg.* omnino manumitti vel
adoptari non posse, ne quidem post jurisdictionem hanc
ipsi in provinciam ingresso demandatam, quia inter le-
gatum Proconsulis & alios, quibus mandatur jurisdic-
tio, ingens est discrimen, utpote, Prætor vel Præses,
cui vult, mandat jurisdictionem *l. 17. de jurisdic.* eamque
arbi.

arbitriò suò, modò res sit intègra, revocat. *Vvesenb. in Comm. ff. d. t. n. 14.* Legatum verò Proconsulis non eligebat Proconsul ipse, sed Senatus & postea Princeps, ideoque nec potuit ei Proconsul jurisdictionem demandatam inconsultò Principe adimere *l. 6. §. 1. ff. de off. Proc. & legat.* Deinde ab eo, cui mandata est jurisdictio, ipse Prætor vel Præsides non appellatur, quia idem ab eodem appellari videretur, sed is erit provocandus, qui provocaretur ab eo, qui mandavit jurisdictionem. *l. 1. §. ult. ff. quis & à quo appelletur.* Sed à legatis, qui non à Proconsule, sed à Senatu vel Principe munus suum obtinebant, appellari poterat ipse Proconsul *l. 2. d. t.* Quia mandatam à Prætoze vel Præsidi jurisdictionem habens nihil proprii habet, sed ejus, qui mandavit, utitur jurisdictione *l. 1. §. fin. & l. 3. ff. de off. ejus cui mandat. est jurisdict. & l. 16. ff. de jurisdict.* At legatus, licet antequàm ei à Proconsule mandata sit jurisdictio, similiter nihil proprii habet, postea tamen aliquid proprii habere incipit. *l. 13. ff. de off. Proc. & leg.* Habuit enim & proprios lictores & fasces & tribunal. *arg. rubr. C. de apparitor. Procons. & legat. & l. 6. §. 1. ff. de pæn. Vid. Scip. Gentil. lib. 2. de jurisd. c. 10.* Habuit item propriam quandam jurisdictionem h. e. non ex mandato Proconsulis, sed ex speciali concessione Principis ipsi competentem, veluti jus dandi tutores *ex orat. D. Marci l. 1. §. 1. de tut. & curat. dat. & l. pen. ff. de off. Procons. & leg.* & quod apud eum manumitti & adoptari potuerit *l. 17. §. 1. ff. de manum. vind.* Hæc autem quamvis legatus Proconsulis habuerit non ex mandata à Proconsule jurisdictione, sed à lege & jure proprio, ante tamen mandatam ipsi in provinciam ingresso à Proconsule Jurisdictionem, ille non habuit. 2. Requiritur

B 3

quo-



quoque ut praesentes sint ii, inter quos peragitur adoptio
l. ult. C. h. t. Nec enim adoptare quis absens, nec per a-
lium ejusmodi solennitatem peragere potest. Quia
nemo alieno nomine lege agere debet. *l. 123. ff. d. R. J. &*
3. denique : Ut facta adoptio actis publicis insinuetur
l. ult. C. de adopt. Gail. lib. 2. obs. 125. n. 8.

V.

Adrogatio est legitima hominis sui juris in
filium adsumtio. (a) qua adsumtus cum o-
mnibus suis transit in potestatem adsumentis
(b) mediante auctoritate (c) vel rescripto
Principis (d).

(a) *l. 1. l. 2. l. 5. & l. 8. ff. de adopt. §. 1. Inst. eod.*
Foeminas atque Pupillos adrogari haud posse, indubita-
bilis quidem causa esse videtur, quia illis, ut Agellius &
Ulpianus tradunt, nulla comitiorum communicatio, his au-
tem per se nulla potestas est : Nam qui per aetatem de
rebus suis statuere non possunt, quomodo de suis ipsi ca-
pitibus statuant? Imò nec tutorum quidem auctoritate
interveniente id fieri potest, quoniam ea tanta non est,
ut caput liberum fidei suae commissum alienae potestati
subjiciat, sed potius in tutelae administratione, extra
quam tota haec res est, versatur. Porro nihil interest,
utrum mas an foemina sit, *l. 21. ff. & d. §. Inst. eod.* mo-
dò sit pubes, aut si non, fiat adrogatio praevia causae co-
gnitione num honesta sit conducaturque pupillo. Imò & ar-
rogatori considerandum est, an non melius sit, eum de
liberis procreandis cogitare, quam ex aliena familia si-

bi

854

bi filium adcersere. : Consideranda affectio, fortuna,
conditio, (puta num liberos habeat ex justis nuptiis
procreatos, quorum spem sine magna causa deminui non
oportet) mores & alia, quæ traduntur in *l. 15. ff. eod. l. 2.*
& *l. 6. C. eod. §. fin. Inst. eod.* Tandem & adrogator se-
cundum Const. Antonini Pii, datis fidejussoribus, se bo-
na adrogati, si impubes moriatur, redditurum illis, qui,
si adrogatio facta non esset, ad successionem ejus essent
venturi, personæ publicæ caveat, *l. 17. ff. in fin. l. 2. C. eod.*
Quæ si omissa fuerit cautio, utilē nihilominus actionē in
adrogatorem dari responsum est, *l. 19. ff. eod.* Per perso-
nam verò publicam quis intelligendus sit, controversiâ
non caret. *Hostiens. Schneidevvin. & Trentl.* Nota-
rium publicum volunt intellectum, quippe qui, ut *Ho-*
stiens: in summ. de fid. instrum. §. ex quibus tradit, servus
dicatur publicus, quod publicè serviat ac rogatus pro
mercede sub pœnâ perjurii ac Notariatus officii, in quam,
si recusaret, irrueret, quibuscunque servire obstrictus
sit. At contraria verior videtur, quia nusquam in
Jure officium Notariorum ad instar servorum legitur re-
ductum, ut ulla talis conditio, ceu servorum olim erat, ex-
inde constituatur. Confirmat hanc opinionem *l. 2. C. de*
adopt. ex quâ apertè constat quod personæ istæ publicæ,
quibus satisdare cogebatur adrogator, fuerint servi pub-
lici, servi autem publici in *l. 3. C. de Tabularius* expressè
prohibentur muneri Tabellariorum præfici. Arcadium
enim & Honorium in hæc verba rescripsisse ibi inveni-
mus: *Generali lege sancimus, ut sive solidis provinciis,*
sive singulis civitatibus necessarij fuerint Tabelliones, li-
beri homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officium
patescat aditus, qui sit obnoxius servituti. Quæ sanè di-
gnitas hodiè adhuc muneri Notariatus adhæret, prout
post

post Anton. Govean. acutissimum & subtilissimum
Ictum testis est universa penè Ictorum Cohors. Qua-
re dubium amplius non est, quin ad illud adspirare non
potuerint servi. Quos autem quis per eos, qui hinc in-
de in Jure nostro ut mox in *l. 18. ff. de adopt. §. 3. Inst. eod.*
l. 2. ff. rem pupil. salv. for. videre est, servi appellitantur
publici, sibi suadeat intelligendos, de his *l. 1. §. 3. ff. de*
quest. l. 10. §. 4. ff. de in ius voc. apertè docent, servos ni-
mirum publicos esse servos in publicum usum emtos at-
que ita, ut in publicis ministeriis haberentur, compara-
tos. (β) *l. 15. & l. 40. ff. de adopt. §. 8. & §. 11. Inst. eod.*
ex quibus, imprimis autem exemplo D. August. qui, ut
Sueton. in Aug. & Tac. scribunt, precibus Liviae Dru-
sillae evictus, unâ quoque adrogatione & Tiberium sibi
filium & Germanicum Fratris ejus Drusi Filium à Ti-
berio prius adoptatum, fecit nepotem, satis videre est,
adrogatum cum omnibus suis bonis & liberis, si quos ha-
bet, transire in potestatem adrogantis & quidem ipsâ vi
patriæ potestatis, cui qui subest, nihil proprium habere
potest, sed omnia ejus, qui adoptavit, tacito jure effi-
ciuntur, adeò, ut possit etiam ab adrogatore alii in ado-
ptionem dari. Consequitur enim adrogator eandem
potestatem patriam, quam pater naturalis & legitimus
simul habet in persona & bonis liberorum: Adeoque
non solum adrogator succedit adrogato *§. 2. Inst. de*
acquis. per adrog. modò adrogatus intra pupillarem ætà-
tem non decesserit: *arg. l. 18. & seqq. ff. & §. 3. Inst. de*
adopt. nec descendentes reliquerit. Hos enim natura-
lem quoque patrem excludere constat *ex l. ult. C. com-*
munia de succes. Si ergo liberi Patri naturali & legitimo
simul præferuntur, multo magis Patri legitimo tantum;
quum in successione ubique prima sit causa liberorum
§. 1.

855
§. 1. *Inst. de hered. quæ ab intest. def. Nov. 118. c. 1.* Sunt, qui putant, Fratres ab adrogato relictos adrogatorem quoque excludere per *d. l. ult.* Utrum tamen horum procedat opinio, iterum sunt, qui dubitant. Sed plerique Dd. Patrem adrogatorem hodiè una cum matre, fratre & sororibus utrinque defuncto conjunctis, adrogato, reliquis exclusis, succedere *ex Nov. 11. c. 2. & Nov. 118. c. 3.* satius defendunt. Imò etiam adrogatus adrogatori succedit *l. pen. §. fin. C. de adopt. ita, ut, si adrogator decedens exhæredarit adrogatum, vel vivus sine justâ causâ emanciparit, præter bona ad adrogatorem translata & fructus ex his acquisitos, obstringatur quartam partem bonorum suorum adrogato relinquere, quam ut consequatur ei conditio ex l. Divi Pii succurrit. l. 22. ff. eod. l. 8. §. 15. ff. de inoff. testam. l. 1. §. 19. ff. de collat. l. ult. ff. Siquid in fraud. patr. & §. 3. Inst. de adopt.* Eam autem non quartam omnium bonorum, sed quartam portionis ab intestato debitæ, quæ vulgò *ut not. in auth. noviss. C. de inoff. test.* legitima dicitur, esse, desumtò forsan argumentò à liberis naturalibus, quibus ea quarta, ut excludatur querela inofficiosi, sufficit, putare quis posset, nulla siquidem ratio se offert, cur adrogatus potioris sit conditionis aut Juris, quàm liberi ex justis nuptiis procreati: Quæ ratione *Accurs. Henric. de Pir. VVesenb. Schneidew. Mynsing. Vultej. M. Lyclama à Nieholt & Bachovius* quartam hanc solùm de quarta portionis ab intestato debitæ accipiendam voluere. Ast quòd per quartam ex *D. P. Const.* adrogato impuberi debitam sit quarta universorum bonorum & non tantum quarta portionis ab intestato debitæ intelligenda, plurimæ leges demonstrant. Nam in *l. 2. C. de adopt. impuberi quartam bonorum adrogatoris partem præstari ju-*
C be-

betur. Idemque in *l. 8. §. 15. ff. de inoff. testam. & in l. 1. §. 21. ff. de coll. & in l. 22. §. 1. ff. de adopt.* adseritur. Quæ singulæ atque universæ impuberi adrogato, si sine justâ causâ emancipatus vel exheredatus fuerit, quartam universorum bonorum partem deberi satis abundeque probant. Neque hoc argumenta dissentientium evertunt. Quamvis enim adrogatus plus quàm naturalis ex substantiâ & hæreditate adrogatoris auferat, id tamen rationi non repugnat. Cum enim quantâ partem liberi naturales habeant, in Patris arbitrio ferè relictum, par autê affectionis ratio in adrogatos haud subesset, legibus omninò, quanta pars adrogatis relinquenda, definiendum fuit, suadente vel ipsâ æquitate naturali: Nam quia adrogator ex bonis adrogati commoda percepit & lucra, iniquum haud visum fuit, istò casu, quò ipsum injustè exheredasset, aut emancipasset, plus quàm liberis naturalibus huic præstari, ne scilicet arrogator adrogatum facilè exheredaret vel emanciparet, sed potius omnis calumniandi occasio præcideretur. Et ideo intelligendam hanc quartâ esse de quartâ omnium bonorum, defendunt *Bulgar. ind. §. 3. Inst. Donel. lib. 2. comment. c. 23. Vaud. lib. 1. var. quest. quest. 29. Pac. & Ant. Matth. in not. ad §. 3. Inst. de adoption.* ut & beatus *Ludovell* in *disputat. ad Inst. tit. 9. 10. 11. & 12. th. 8. & in Comment. suo ad Inst. de adopt.* ubi dissentientes refutat eorumque opinionibus satisfacit. Utrùm verò hodiè per *Nov. 18. c. 1.* sit aucta, de eo sunt, tam qui affirmativam, quàm qui negativam tuentur. Et licet negantium, inter quos etiam egregiæ auctoritatis *Jetus Jason* est, summa videatur auctoritas, mihi tamen affirmantium arridet opinio, tum quod adrogati ubique aliis liberis æquiparentur & ut notant *Perr. de Bellapert. Alber. & Cyn. in l. 22. de*

22. de adopt. n. 23. quoad debitum bonorum subsidium
nulla est differentia, tùm, quia certè ante D. Pii Consti-
tutionem non minus adrogato impuberi, quàm cæteris
querela competiit, D. autem Pius non minuit Jus ad-
rogati, sed auxit, ut ei querela jam non sit necessaria, sed
proprio & expeditiori Jure quartam sibi debitam obtine-
re possit per l. 8. §. 1. ff. de inoff. testam. Et quamvis re-
medium, quod jam ex d. Const. ipsi competit, in specie
sit diversum, sufficit tamen ipsum effectu id habere,
quod per querelam, cujus in locum subrogatum esse vi-
detur, alii liberi consequuntur. *Bachovius ad Treutl. disp.*
2. v. 1. th. 9. (γ) l. 1. l. 2. ff. de adopt. & §. 2. Inst. eod.
Quemadmodum enim olim Jure à majoribus proditò
nemo civis, nisi populi auctoritate, libertate privari, aut
in alterius potestatem transire ac ideo adrogationes, ut
adparet ex l. 2. ff. de adopt. & orat. pro dom. Tullii, non
nisi coràm populo comitiis curiatis fieri poterant, ritu
eò, ut & ille, qui adoptabat, rogaretur, utrùm eum,
quem adoptaturus erat, justum filium sibi esse vellet, &
ille, qui adoptabatur, rogaretur, utrùm id fieri patere-
tur? In hæc fortè verba: *Velitis, jubeatis Quirites, ut*
Valer. L. Titio tam Jure legeque filius fiet, quàm si ex eo
Patre matreque familias ejus natus esset. Gell. l. 5. c. 19. vel
ut Vopiscus in Aureliano: Jube, ut lege agatur, sitque Au-
relianus hæres sacrorum nominis & bonorum totiusque Juris
Ulpio Crinito: Ita & imperiò Populi hodiè in Principem
translatò, auctoritate Principis fieri cœpere. l. 2. ff. de
adopt. l. 6. c. eod. §. 1. Inst. eod. (δ) Nihil tamen interest,
sive fiat per ipsum Principem examinantem & cogno-
scentem causas, sive per commissarios, interveniente re-
scriptò Principis, quò iis facultas adrogandi ejusque co-
gnitio & examinatio committitur. *per text. cit.* Sic in

Historia Hungarica *Anton. Bonfin.* legitur, Matthiam Corvinum, Hungariæ Regem, à Friderico III. Imperatore adoptatum esse ex decreto Judicum vel Commissariorum.

V I.

Adoptio in specie est legitima hominis, qui subest patriæ potestati, in filium adsumtio (a) quâ adoptatus transit in potestatem adoptantis (b) mediante consensu tum adoptantis (c) tum adoptati (d) ejusdemque Patris (e) ac imperiò Magistratus plenam legis actionem habentis. (f) Et subdividitur vel in adoptionem ab ascendente, (g) Vel ab extraneo factam (h).

(a) *l. 1. ff. de adopt. l. 2. & 3. ff. de off. Proc. §. 1. Inst. eod. Uulsej. in Jurispr. Rom. cap. 2. de adopt. n. 121.* Olim equidem à Parente, cujus in potestate erant, ut *Gell. l. 5. c. 19.* refert, tertiâ mancipatione in Jure cedebantur & ab adoptante apud eum, penes quem plena legis actio, vindicabantur. Quæ, quemadmodum intelligenda, *Ulpianus tit. Regul. 19.* demonstrat. Hinc adoptio per æs & libram apud Suetonium in Augusto: Quia Pater adoptivus ter à naturali filium emebat nummumque ei quasi precii loco dicis causâ dabat, ut ex *l. 11. C. hoc tit.* planius intelligitur. Cajum, inquit Suetonius, & Lucium adoptavit domi per æs & libram emtos à Patre Agrippa Genero suo. Sed solennia hæc antiqua per *Const. Justin.* quæ est *in l. ult. eod.* rejecta sunt & antiquata. Fiebat autem his sublatis adoptio specialis vel jure vel non jure. Non jure facta dicitur ea, cui solennitas quædam deest.

Potest

857

Potest tamen illa à Principe confirmari *l. 38. ff. de adopt.* quod perficitur, si Princeps, expositis ipsi iis per libellum, quæ justæ adoptioni defuerint, rescriptò, se nihilominus adoptionem probare, cognoscit. Antequam autem eam Princeps confirmet, vocare debet eos, qui ex illâ confirmatione lædi possunt. *l. 39. ff. de adopt. & arg. l. 29. §. ult. ff. de minor.* Ad Principis enim dignitatem pertinet, ne quid in alterius injuriam statuatur. *l. 4. C. de emanc. lib. & l. 12. ff. ad SCT. Treb.* Hujus adoptionis imaginem ferre censeo adoptionem per testamentum factam, quæ fit, quando quis in bona & nomen testatoris vocatur, h. e. hæres scribitur, & nomen testatoris ferre jubetur. *l. 63. ff. d. t. qua de exempla extant apud Vellej. Paterc. lib. 2. Sueton. in Tiber. & Eutrop. lib. 7.* Altera verò dicitur jure facta, quando secundum præscriptam legum normam peracta fuerit. Quamobrem & legitima hominis qui subest patriæ potestati, in filium adsumtio positione hac definitur. (β) Quod verum est, si adoptans non fuerit extraneus, id est, in quo jura nulla naturalia quæ ad patrem referantur, concurrunt: Hoc enim casu adoptatus, filius quidem dicitur adoptantis, sed in potestatem ejus haud transit *l. 8. ff. de R. J. l. pen. c. eod. & §. 2. Inst. eod.* (γ) qui debet esse expressus, siquidem nemo invitus adoptatur. (δ) Nec adoptatur; sufficit autem à Parte adoptati etiam tacitus, nimirum si non contradicat. *l. 24. ff. h. t. l. ult. c. eod. l. 4. C. de emancip. lib.* ita, ut & adoptantem & eum, qui adoptatur, consentire oporteat; hæc tamen adhibita limitatione, ut, si quis à Patre in adoptionem detur, sufficiat eum voluntati Patris non contradicere. (ε) Puta si Pater familias natum ex filio familias adoptare velit, quem aliter rectè non adoptat, quàm filiofamilias assentiente; *l. 10. l. 11. ff. de adopt. &*

§. 7. *Inst. eod.* Inviti enim filii sui familiam augere non potest *l. 6. eod.* Objicere quis posset, absurdum videri, quod, si Pater familias, qui in filium suum jus vitæ & necis habet, qui eum & oppignorare & vendere & emancipare & in adoptionem dare potest, ei tamen suum hæredem attribuere non possit. Sed sciendum, Juris Consultos non tantum præsentis, verum etiam futuri temporis statum respexisse, ut hõc locõ temporis ejus, quõ filius, Patre mortuõ, sui Juris factus, suum hæredem habiturus est *l. 10. l. 11. ff. b. t. l. 10. §. 1. ff. de rit. nupt.* nam quæ tum temporis voluntas futura est, in præsens tempus, quõ nulla est, retrahitur *l. 12. §. 3. ff. de capt. & post. limin.* Quæ regula ipsâ quoque æquitate nititur, ne scilicet Jus publicum, puta libertas testamentorum, quæ Juris publici est, pactionibus privatis, vel patria potestate, quæ, quum privatum familiæ Jus sit, in Jure publico *l. 4. ff. ad Trebell.* nullum sibi capiat locum, vim patiatur *l. 3. ff. de testam. l. 15. C. de pact.* Quapropter cum apud Tryphoninum in *l. 13. §. 3. ff. de captiv.* legimus, filium absente apud hostes Patre uxorem sine ipsius consensu ducentem nepotes Patri reverso quodammodò invito suos hæredes attribuisse, propter publicam utilitatem id factum esse habendum & quod patriæ potestati, quæ privatum familiæ jus est & intra familiæ fines coerceri debet *l. 5. l. 6. ff. de capt. min.* hoc casu, ubi Pater neque consentire, neque dissentire poterat, necessitas verò illius temporis & publica nuptiarum utilitas filio duendam uxorem suaserat, locus esse haud potuerit. *arg. l. 4. ff. ad Trebell.* De quo ulterius. *Hotom. in Comm. suo ad h. tit. (§) l. 2. & seqq. ff. eod.* Decreto Judicis & actis publicis, seu scripturis intervenientibus *l. ult. C. eod. & §. 8. Inst. tit. quibus modis Jus patr. pot. solv. Add. Alex. Conf.*

Conf. 126. ad utramque. n. 11. vol. 4. id quod quoque de Jure Sax. requiritur test. Reinh. p. 1. diff. 51. per text. Landr. l. 2. art. 30. Ubi subjicit adrogationem, quæ de Jure civili Principis auctoritate fieri debet, hodiè ab aula recessisse & sic non observari. Quo de adoptionis Jure per fora Saxonica reprobato mentionem facit *gl. d. art. 30. sub. n. 3. vers. Welches die Sachsen.* Unde adoptiones secundum Jus Saxonicum locum non habent, nisi coram judicio ille actus sit celebratus, prout habetur in *Landrecht lib. 2. art. 30.* ubi dicitur. **Wer iemand Erbe zusaget / nicht von der Sippe halben / sondern von der Gabe des Gelübds wegen / das soll man halten vor unrecht und nicht glâuben / man mag denn bezeugen / daß das Gelübde vor Gericht bestetiget sey.**

(7) Quæ fit, quando filius familias ab aliquo ex consanguineis suis in lineâ ascendente, puta avo aut proavo paterno vel materno adoptatur, & tunc adoptatus omninò esse desinit in potestate Patris sui naturalis transitque in familiam & potestatem adoptantis, idque ex duplici vinculo, naturali scilicet & civili, quò adoptanti junctus est, ita, ut, quicquid acquirit, non naturali Patri, sed adoptanti acquisitum censeatur, *l. 1. in princ. C. eod.*

(8) Quod in adoptione ab extraneo facta, quæ ab eo fit, qui adoptato nullo Jure aut vinculo naturali junctus est, cessat. Nec movere quem debet adoptionem olim ab extraneo æquè, atque ab ascendente factam Jus Patris naturalis extinxisse & jura patriæ potestatis ac familiaris tribuisse: Hoc enim propterea à Justiniano mutatum fuit, quod fieri potuerit, ut filius & Patris naturalis & adoptivi successionem amitteret propter adoptionem, & patris quoque adoptivi, adoptione per emancipationem solutâ, ac proinde filius videlicet à Patre adoptivo, natu.



naturali mortuò , emancipatus , tam naturalis , quàm adoptivi successione defraudaretur, §. 10. & 11. *Inst. de Hered. qui ab intest. defer.* Adeòque rectè distinxit inter adoptionem ab avo paterno vel materno & ab extraneo factam , ut in illa quidem jus antiquum obrineat & nepos ab avo adoptatus transeat in potestatem ac familiam ejus ob concursum naturalis & civilis vinculi. In hac verò adoptatus in potestate naturalis , quasi adoptatus non esset, maneat ejusq; jura integra atque illæsa serventur, neque quidquam nisi jus Patri adoptivo ab intestato succedendi transferatur in filium adoptivum *l. 10. C. de adopt. & §. 2. Inst. eod.* Cui consequens est, plebejum ab extraneo nobili adoptatum, nobilem non fieri, quia jus familiæ , cui jura agnationis & nobilitatis adnexa sunt, non acquirit *b. Ludov. Exerc. 2. §. 8. in fine.* Deinde si Imperator adoptionem specialem ab extraneo factam filio adoptivo in hoc tantum prodesse voluit , ut Patri adoptivo ab intestato succedat, sequitur eundem quoque voluisse cessare effectum nobilitandi. Sin verò de ea adoptione quæritur, quæ fit ab avo seu proavo materno, videtur dicendum, adoptatos ignobiles per adoptionem istam fieri nobiles , & quidem propter has rationes, 1. quia in *l. ff. 35. de adopt.* dicitur, quod dignitas per adoptionem non minuatur, sed augeatur. 2. quia constat ex *l. 5. & l. seq. ff. de Senator.* adoptatum per adoptionem fieri filium Senatoris. 3. quod tanta sit vis adoptionis, ut è servo liberum facere possit. §. *ult. Inst. h. t.* Ulti igitur jus libertatis servo , ita & ignobili acquirere potest nobilitatem. 4. quia cognatio est jus sanguinis §. *ult. Inst. de legit. agnat. tutel.* & in sanguine consistit nobilitas, quod extra dubium, adoptio autem affert cognationem *l. 1. §. 4. ff. unde cogn.* atque ideo & jus san-

859
sanguinis affert ac per consequentiam nobilitatem. Denique quia plebeja, si viro nobili nubat, nobilitatur *l. 8. ff. de Senat. l. 10. l. ult. C. de nupt. l. ult. C. de incol. & l. 13. C. de dignit.* uxor enim coruscat radiis mariti *Nov. 115. c. 3.* & cum censeatur una caro cum marito *c. nec illud. caus. 33. q. 5.* congruum est, ipsam nobilitate mariti uxor ut fulgeat, quippe absurdum esset, unam eandemque rem diverso jure censeretur. Sed verius videtur, illos nobiles adoptione non fieri, quamvis ex nobilitate parentum adoptivorum non nihil fiant illustriores. 1. quia nobiles sola natura facit, naturæ autem adpellatione, sive ipsam generosorem & nobiliorum naturæ virtutem, ad quævis præclarè gerenda homini insitam & innatam atque multis præclarè factis confirmatam, quæ veræ nobilitatis causa prima est, sive natiuitatem, quæ nobilitatis altera est causa, cum *Ernest. Cothm. in disp. 6. Corollar. 2.* intellexeris, parum refert. Neutro enim casu adoptione nobiles fiunt. Non priore, quia nobilitas habitus quidam est, qui ut evelli hominis factò nequit, ita nec dari potest. Non etiam posteriore, quia sicut adoptio liberos naturales facere non potest, ita nec nobiles. 2. quia causa efficiens nobilitatis est is, qui jus nobilitandi habet, ut est Imperator in toto imperio. *l. 3. C. ubi. Senat. vel Clariss. l. 3. C. de Cons. & Rex in suo regno c. sup. quibusd. præterea X. de V. S.* aut qui superiorem non recognoscit, quia in suo statu persimilis existit Imperatori, *test. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 2. c. 32. n. 1.* pater adoptivus autem privatus est, adeoque adoptando non potest quem nobilitare. 3. quia liberi adoptivi veri liberi non sunt, sed adscititii & commentitii, *l. 36. ff. de condit. & demonstr.* adeoque in feudis non possunt succedere *c. 1. §. adoptivus si de feud. de-*

D

funct.

funct. Feuda enim dari solent sanguini, non extra sanguinem, jam autem in adoptivo non est verus sanguis, sed saltem sanguinis fictio & imitatrix tantum naturæ, non natura ipsa, ut loquitur *Vultej. lib. 1. de feud. c. 9. n. 90. vid. Treutl. vol. 1. disp. 2. th. 10. lit. B.* ubi eos, nec in feudis succedere, nec alio, præsertim speciali casu successionis ex privilegio, vel admissionis ad honores ex statuto, quod in specie requirit ejusmodi nobiles, quos certum numerum parentum nobilium edere oportet, **vollbürtige Ritters/Leute die ihre ahnen mit Schild und Helm beweisen müssen/** admitti posse nec debere, docet. Limitando tamen suam hancce sententiam iterum restringit, ita, ut aliud dicendum sit, si apud Principem id actum, vel ex statuto aut consuetudine aliud introductum fuerit. De quo prolixius idem differit *vol. 2. disp. 15. th. 5.* Sed ex argumentis parum solidis, tum quod statutum, quod adoptivi ad successionem feudi admittantur, cum jure naturæ & æquitate pugnare suumque jus tertio sine causa auferre videatur iniquum æquè ac consuetudo, quâ licet alienare feudum inscio Dominò, irrationabilis, tum quod ita & agnatis, quibus per primum adquirentem jus quæsitum est, ipsique feudi Domino fieret præjudicium & ita bona feudalia ad naturam allodialium redigerentur. Ut verò adoptivi, qui apud Principem fuerunt adoptati, in feudis succedant, multo minus erit concedendum, tum, quod huic distinctioni graviter adversetur generalitas textus in *tit. 26. §. adoptivus 2. F.* qui absolute & indistinctè adoptivum in feudis succedere negat, tum quod præter intentionem Principis, quippe qui adoptionem tantum probavit, effectus iste induci non possit, tum quod adoptans possessor feudi agnatis jus quæsitum sine eorum factò auferre atque quò minus

860

minus feudum, si legitimi successores ex sanguine primi adquirentis deficiunt, ad Dominum revertatur, efficere, vel ei invito Vasallum ex alienâ familiâ substituere nō valeat, tūm, quōd Dominus feudum concedens sensisse aut cogitasse de liberis adoptivis non præsumatur, quandoquidem semper ad personam accipientis & posterorum ejus respexisse intelligitur. Et quamvis nonnulli circa adoptatos ita distinguere malint, ut ii, qui post feudum à Patre acquisitum adoptati fuerint, non succedant, ducti ratione, quod Dominus non præsumatur sensisse de talibus liberis, ii verò, qui antè feudum à Patre acquisitum adoptati fuerint, æquè atque naturales & legitimi ad successionem sint admittendi, utpote quos scivit feudum constituens Vasallum habere; attamen & hi errare videntur. si enim feudum paternum ad quem pervenerit, ratio eadem obstat, filium ejus adoptivum, quantumvis eum ante feudum acquisitum adoptarit, cum præjudicio agnatorum succedere non posse, cum etiam de tali successore primus constituens & feudum acquirens sensisse vel cogitasse non præsumatur. Sin autem feudum erit novum, quod jam primum Parenti constituitur, dubium non est, quin hoc casu adoptivus Vasalli filius ante acquisitum feudum adoptatus succedat, præsertim si concessionem illius à Domino concedente etiam pro liberis adoptatis factam esse constet. Idem quoque dicendum videtur, cum in litteris investituræ de adoptivorum successione expressè cautum, vel inter eos, de quorum præjudicio agitur, specialiter conventum fuerit, ita, ut non minus atque ex justis nuptiis procreati succedant. *arg. l. pen. C. de pact. 4.* Quia quemadmodum libertinus per adoptionem non fit ingenuus, sed consequitur saltem in familiâ patris adoptivi ingenui jura *l. ult. ff. de stat. hom.*

¶ *l. 32. d. R. N.* Ita quoque plebejus à nobili adoptatus nobilis non fit, sed consequitur saltem jura nobilitatis. Si quis autem nobiles eos dixerit, qui alicujus nobilis familiae nomen adepti sunt, adoptione quoque tales nobiles fieri cum *Bon. Curtil. in tract. de nobilitat. p. 4. colum. 3. Tiraq. de nobilitat. c. 15. n. b. & Cothm. d. loc. concedo.* Nec resistit ratio quia, ut monet *Cujac. consult. 56. dignitas est separanda à generis & sanguinis conditione.* Dignitas itaque per adoptionem quidem acquiritur, non verò generis vel sanguinis conditio. Ad 2. rationem responderi facile potest ex 3. & 4. ratione jam allata & quidem quod 3. rationem attinet, dico id fieri legis potestate & dispositione, in favorem libertatis, ad 4. verò respondetur, cognationem vel latè vel strictè accipi: strictè considerata cognatione Filius adoptivus neque agnatus neque cognatus est *l. 5. ff. unde legit.* Cognati enim vel agnati strictè dicuntur, qui ex aliquo nati atque ab eodem originem habent *l. 1. §. 1. ff. unde cognat. & l. 4. ff. de grad.* sed hæc definitio liberis adoptivis non competit, quia adoptio imitatur saltem naturam *§. 4. Inst. h. t.* Unde & *Pap. l. 23. in pr. de lib. & posth.* adoptionem vocat imaginem naturæ. Nec adversatur, quod liberi adoptivi dicantur jura consanguinitatis habere *l. 1. §. ult. ff. de su. & legit. hered.* quia aliud est consanguinitas sive sanguis, aliud jus consanguinitatis sive sanguinis: consanguinitas est naturale quid *l. 2. ff. unde cogn.* Jus verò consanguinitatis civile quid *l. 23. ff. h. t.* Adipiscitur adoptatus ex tali adoptionis actu hoc, quod adoptantis filius dicatur eique ab intestato succedat, æquè ac Patri naturali. Deinde etiam transfert dignitatem senatoriam ad eum *l. 5. l. seq. & l. 10. ff. de Senator.* Adoptans verò acquirit jus corrigendi & emendandi, item quod filius ado-

801
adoptivus non valeat patrem adoptantem sine veniâ in
jus vocare. l. 8. ff. de in jus voc. nec, si filia fuerit, pater in
uxorem ducere illam queat. §. 1. Inst. de nupt.

V II.

Differunt adrogatio & adoptio in specie
dicta inter se forma (α) & effectu (β).

(α) Illa enim Principis fit auctoritate, hæc verò im-
periò cujusvis Magistratus, apud quem est legis actio.
Estque in illâ opus Principis rescriptò, quia agitur de sta-
tu civis Romani, quod meritò cessat in hac, cum supersit
Pater, qui filio, quem adoptandum alteri dat, pro suâ
caritate præsumitur sufficienter consulere; Unde cum
majus in illâ periculum adsit, major cautela requiritur.
In illa porrò adrogatur is, qui sui est Juris, in hac adopta-
tur is, qui alieni est Juris, ut filius familias. Et quod reli-
quum est, desideratur in illa consensus expressus ejus, qui
adrogatur, vel curatoris etiam, si quem habet, quâ ratione
nemo adrogatur nisi septennio major, cujus aliqua sit vo-
luntas, quo in passu aliter se habet hæc, utpòte in qua
utriusque consensus exigitur, quamvis etiam tacitus suf-
ficere videatur, quatenus scilicet non contradicit ad-
optandus etiam septenniò minor, qui infans dicitur.
(β) Non etenim adrogatus duntaxat, sed & liberi & bõ-
na ejus transeunt in potestatem adrogantis. Hunc au-
tem effectum adoptioni speciali haud tribui posse, ratio
in promptu est, quippe quod adrogatus fuerit antè Pater
familias, atque ita filios habuerit in potestate, qui simul
cum Patre per adrogationem transeunt in alienam fami-
liam, quum, qui in potestate alterius est, alium in pote-
state sua habere nequeat. Adoptatus vero; quia filios
familias ex se natos non habuit in potestate, qui propter-

ea unà cum Patre non transeunt in potestatem adoptantis : quemadmodum & adoptatus ab extraneo in ejus potestatem non transfertur neque Jura Patris naturalis dissolvuntur. Cæterum adrogatus, si in testamento ab adrogatore prætereat vel injustè exhæredetur, aut emancipetur, condictione *ex l. D. Pii ad consequendam quartam ex bonis adrogantis contra adrogantem experi-ri potest. l. 8. §. 1. ff. de inoff. testam. & §. 3. Inst. d. adopt.* Quapropter adoptio & adrogatio ut duæ species sibi invicem oppositæ differunt.

VIII.

Adoptare possunt omnes, qui vel naturâ (a) vel lege (β) vel fato (γ) non impediuntur aut prohibentur.

(a) Hanc positionem tam de adoptione in specie, quam de adrogatione intelligendam pono. Estque natura impedimento fratrem adoptaturo, ut ipsi jure adoptionis sit frater: *l. 7. C. de hered. Institut.* Legibus enim naturæ adversatur : Absurdum enim esset dicere, fratrem à fratre procreari, atque exindè consequitur, neque per artem, quæ naturæ est imitatrix, id fieri posse. Prætereaque adoptiones ideò sunt inventæ, ut quisque sibi filios, non autem fratres comparare possit. Seniore verò fratrem juniorem adoptare posse, nullus eo inficias. *vid. Livius l. 42.* Ubi de Perseo Macedoniae Rege loquens *Ipse, inquit, constitit in tribunali, circa se habens filios duos, quorum major Philippus naturâ frater, adoptione filius: minor, quem Alexandrum vocabat, naturalis erat.* Porro ex eodem naturæ impedimento non potest adoptare minor natu majorem, uti enim filius per naturam major esse non potest suo Patre, ita nec per artem *l. 40. §. 1. ff.*

l. ff. de adopt. & §. 4. Inst. eod. ideoque necessitas effla-
 gitat, ut adoptans plenâ pubertate, id est, octodecim an-
 nis, præcedat adoptandum. Non obstante eò, quod per
 naturam quis annum decimum quartum agens liberos
 habere possit, ætasque quatuordecim annorum ad justas
 nuptias sufficiat, ut constat ex *princ. Inst. de nupt. & §. 1.*
Inst. quibus mod. tut. fin. l. ult. C. quando tut. vel curat. &
 inde adoptio naturâ imitari haud videatur. Id enim ideo
 ita provisum fuit, quia in adoptionibus opus est firmita-
 te iudicii, adeòque Imperator hic respexit ad id, quod
ἐπι τὸ πλείον; non verò quod *ἐκ τῶν λόγων* fieri solet: Et-
 enim leges iis, quæ frequentiora sunt, ad commodari de-
 bent *l. 5. ff. de ll.* rarius autem contingit, ut ante illam
 plenæ pubertatis ætatem liberos quis generet. Dein-
 cept & impediuntur castrati & qui à naturâ penitus sunt
 inhabiles ad generandum (β) Quales sunt feminae *l. 1. C.*
de adopt. & §. 10. Inst. eod. quoniam nec naturales qui-
 dem liberos suos in potestate habent. Unde prægnans
 divortium faciens non sibi, sed viro filium familias pa-
 rit. *l. 29. ff. de manum. test.* Uti enim ex justis nu-
 ptiis nati Patris, non Matris *l. 196. ff. de verb. signif.* ita &
 extra nuptias nati Matris, non Patris familiam sequuntur
l. 24. ff. de stat. hom. Si igitur adoptio naturæ est æmu-
 la *§. 4. Inst. de adoption.* consequens utique est, eam nec
 aliis, quàm quibus natura solet, jus vitæ & necis attri-
 buere *l. 16. ff. eod.* At cum jus nominis ad potestatem non
 pertineret, antiquò Jure nihilominus licebat mulieri-
 bus hæredem aliquem ad ferendum gentis suæ nomen
 instituere: Sic apud *Cic. lib. Epist. ad Attic. 7.* ita scri-
 ptum reperitur: *Dolabellam video Livia testamentò cum*
duobus cohæredibus esse in triente, sed juberi mutare no-
men. Quod ipsum in tantum excrevit, ut hodiè omnes
 indif-

indifferentem ex indulgentiâ Principis adoptare possint ;
Quâ deficiente nec Reginam posse *Treutl. disp. 2. th. 8.*
vol. 1. scriptum reliquit, quoniam scilicet in hac eadem
prohibitionis ratio, quæ in quavis aliâ fæminâ, obtinet,
illustrans exemplò Joannæ Siciliae Reginae : Ex quo cum
Alphonsum Arragonum Regem, quem ante adoptaverat,
repudiaret & Ducem Andegavensem in regnum ado-
ptaret, Pontificis auctoritatem intervenisse constat, ve-
rumtamen *Treutlerum* de omnibus Reginis indifferen-
ter & præsertim superiorem non recognoscentibus ex-
audiendum vix credo. Nec moveor exemplò allegatò.
Prætendebat enim Pontifex regnum esse feudum Eccle-
siæ Regesque Siciliae suos esse Vasallos & tributarios ;
Quare, cum ipsius tanquam superioris interesse simul
verteretur, visum videbatur necesse, ut Regina modò
nominata auctoritatem ejus ambiret. Et ideò hac in
parte Bachovium aliosque negativam tuentes potius se-
qui, quàm *Treutlerum* affirmativam tenentem, amplecti
malo. Adoptant autem non ut filios in potestate, sed
ut solatium orbitatis & hæredis habeant. §. 10. *Inst. de*
adoption. quoniam nec suos quidem liberos in potestate
habent *l. 5. C. b. t. & §. 3. Inst. de her. qual.* Duplici igitur
casu facit adoptio filios, puta si fæmina jussu Principis
adoptaverit, item; si extraneus à Patre naturali filium in
adoptionem acceperit. Præterea impedit civilis ratio
Patrem adoptivum, quò minus iterum adoptet filium ad-
optivum à potestate suâ dimissum *l. 37. ff. §. 1. de adopt. ne*
leges sint ludibrio. l. ult. §. ult. C. de bon. qua liber. & gl.
in d. l. 37. Nec adversatur *l. 12. ff. de adopt.* quia textus iste
non loquitur de eo, qui repetit adoptionem, quam
prius repudiavit, sed de patre naturali, qui filium suâ po-
testate liberatum vult adoptare. Imò & porrò impedit
mino-

803

minorem sexaginta annis adrogare; Talis enim ob publicam utilitatem magis conjugio, quod Reipubl. liberos parit ac ideo favorabilius est, quàm adoptio, quæ non ipsi, sed ab alio genitos sibi acquirit, ad pariendos Reipubl. liberos operam dare debet, utpote cum adhuc idoneus sit, nec in eo potentia gignendi, *trad. Arist. l. 1. de gen. anim. c. 18. & Galen. de tuend. san. l. 2. emarcescere dicatur.* Quod limitandum si fortè valetudo, aut alia causa generationem impediatur, aut ratio sanguinis in eo, quem adoptare velit, aliud suadeat. *Perez in erotem.* Ubi nec tutori vel curatori ob metum intercipiendarum rationum suos adoptare fidei commissos, licitum esse contendit. *Add. l. 7. ff. de adopt. Cuiac. 2. obs. 38. Vultej. Jurispr. R. n. 35.* subaudiendam autem hanc limitationem pono: nisi Tutores vel naturali cognatione, vel sanctissimâ affectione ducti, pupillos suos adoptent, vel vitricus suum adroget privignum. Etenim vitricus præsumitur sanctâ moveri ad adrogandum privignum affectione *l. fin. C. de conf. tutor.* eò, quòd sit quodammodo Parentis loco §. 1. *Inst. de nupt.* Cessante igitur in eò suspitione fraudis, meritò à superiori *d. l.* regula excipitur. Cæterum, nec servos adoptare posse, legibus proditum est. Adoptio namque est actus Juris civilis, Jure autem civili servi pro nullis habentur *l. 32. ff. de R. J.* Valet tamen ejusmodi adoptio in vim manumissionis §. *fin. Inst. h. t.* Quin si Dominus servum specialiter in judicio nominet filium etsi per hanc professionem filiationis non fiat adoptio, servus tamen libertatem consequitur. De Parentibus Romanis prodit *Philippus Caroli in animadv. ad Nott. Attic. Gellij. lib. 2. c. 13.* quod natos natasve suas cum primum à limine vitam salutassent, ad omnis prosperitatem & differentiam ser-

vorum nuncupaverint liberos, abominantes hoc modo
malam scævam servitutis: Quid igitur mirum, si dica-
mus, dominum servo appellatione filii & detestatione
servitutis, libertatem concedere voluisse: Amicabilis e-
nim est vox filii, omnemque servitutis rigorem excludit:
Etsi enim sola filii appellatio ad jus filii accipiendum non
sufficiat §.ult. *Inst. de adoption.* interim tamen hæc domini
affectio hoc operatur, ut licet non jura filiationis, tamen
jura libertatis servus hoc modo consequatur. *beat. Ludov.*
ad d. §. ult. Volunt quidem hic Schneidevvin. & Ba-
chov. servum non tantum libertatem consequi, sed et-
iam filium effici, imprimis si non ab extraneo, sed Do-
mino proprio adoptetur. Sed rejicit non ineleganter
horum opinionem ex Doctrina Theoph. & Dd. *Ludovell.*
in comm. suo ad d. §. fin. (γ) Etenim furiosum, quo mi-
nus adoptet, fatum & morbus, in quo est, impedit. Fa-
ctam tamen ab ipso, cum adhuc sanâ fuerit valetudine
manere & subsistere, Auctor est *Vultej. in Jurispr. Rom.*
n. 32.

I X.

Lege prohibentur adoptare castrati, (α)
non verò Spadones (β) uti nec Thlibiæ vel Thla-
fiæ (γ)

(α) Quia enim ars naturam imitatur §. 4. *Inst. de*
adoption. castratus autem sive evnuchus per naturam li-
beros procreare nequit §. 9. *Inst. eod. l. 16. ff. eod.* idè
nec adoptare nec arrogare possunt. *Rittersh. & Ludov.*
ad d. §. 9. Castratis adnumerantur vel iis non absimiles
sunt, qui arte, morbò, fotu calentis aquæ, vel, ut *Paul.*
Ægin. Marcell. de medicam. & Plin. l. 19. c. 18. scribunt,
herbarum succis aut aliò modò Evnuchi facti, tales ve-
sunt,

809
sunt, ut in complexū venero ad procreandos liberos
munia virilia rectè obire nequeant. (β) Hi enim inte-
gra quidem & incorrupta membra genitalia habent, sed
vitiō temporali, quod tolli potest, laborant, adeoque ad-
optare possunt l. 6. ff. de lib. & posthum. Etsi verò qui-
dam arbitrentur, eos demum esse spadones, quibus ex-
tracti sunt κρεμασῆτες & ideò non ineptè dici castratos,
quia tamen ἀδά, ex quo Auctore *Jul. Scal. Exerc. 277.*
sect. 4. ad Card. deveniunt, non solum pro evello, sed et-
iam pro detorqueo & contorqueo à Græcis accipitur,
quemadmodum ἀσμός Medicis, ἀπὸ τῆς ἀσῆς à contractio-
ne & contortu dicitur, rectiùs, rejectâ eorum opinione
qui ut *Accurs. & Ang. Aret.* castratos esse castè natos, vel
ut *Accurs. sub tit. de Edil. Ed.* malè tradidit, spadonem
esse unius testiculi virum, vel, qui spadonem ita esse fa-
ctum, castratum verò sic ortum, putabant, rectiùs inquam
eos, quibus vasa seminaria aut virilia forsan sint distor-
ta aut collisa, indigito. Nam qui Spadones propriè di-
cuntur, testiculis non carent, licet propter accedens ali-
quod impedimentum generare nequeant, nec nescius
sim, *Quintilianum lib. 5. & Galenum in interpr. sentent.*
Hippocratis eos quoq; vocasse Spadones, quibus excisi sunt
testiculi; Id enim minus propriè: quia tales erant castrati,
qui olim ut plurimùm erant juvenes venusti, graciles,
jucundi. Quod etiam confirmatur auctoritate *Satyrici,*

Nullus Ephebum

Deformem, sevâ castravit in arte Tyrannus:

& *Constantini Armenopolitani. l. 2. cap. ἠὲ ἠοδ-
σίας*, qui eadem distinctione usus fuit. Unde nec
audiendi sunt, qui spadones vel à vico Persico σπάδα, quò
locò primùm non nullis excisa esse virilia, fabulantur,
vel à Gallico vocabulo spata, hoc est, novacula, quâ inci-
dantur testes, deduci indeque ab evulsis testiculis spado-

E 2

nes



nes dici nimis anxie probare contendunt. Priorem enim sententiam ineptam, inanem atque valde esse novam defendit *Cuiac. lib. 17. obs. 24. in fin.* Posteriori autem ipsam scribendi rationem resistere vel solum ex oculari inspectione fidendi, quod ajunt, vitro clarius patebit. Castrati igitur quum prorsus exsecti & omni omnino facultate generandi recuperandaque sanitatis spe essent destituti, arcebantur a nuptiis, nec *test. Goedd. in l. 128. n. 1. 2. 3. 4. 5. de V. S.* adoptare, nec posthumum in testamento scribere poterant, quia certum erat, eos generare non posse, quum injuriis hominum prorsus impotentes facti ac ideo in certis nullus amplius esset locus conjecturis *l. 137. §. 2. ff. de V. O. (γ)* Etenim Thlibia & Thlasia, quibus forte culpa matris vel nutricis attriti sunt testiculi, vel alias testiculos fractos habent, vitiō temporali laborant, & spem sanitatis habent retinentque principia procreandi, & sublatō vitiō facultas illa redire potest *arg. l. 39. §. 1. ff. de Jur. dot. & l. 40. in fin. ff. de adopt. & emancip.* Inde facile patet, spadones, Thlibias & Thlasias proprie nec castratos dici, nec ab adoptione arceri. Quum ergo Imperator ait, qui generare non possunt, intelligendum est, hoc tempore propter aliquem morbum, sed fieri potest, ut aliquando gignant, eō cessante. Ast Imperator Leo Evnuchis & castratis, ut injuriam illis illatam compensaret hōc solatiō, adoptare permisit, *Nov. 26. & 27.*

X.

Hodie adoptionibus raro utimur (α) sed his affine remedium est (β) passim in Germaniā recepta unio prolium die *Einfindschaft* (γ) quā liberi diversi matrimonii a Parentibus hinc inde

865
inde certis solennitatibus adhibitis adsumuntur
atque ita uniuntur, ac si ex eodem Patre ea-
demque matre nati essent (d).


(a) Olim quidem potissimum adoptiones vige-
bantque per tres mancipationes & duas manumissio-
nes venditione imaginaria, solenni & eò, quem *Justin.*
in l. ult. C. de adopt. adducit, ritu. Sed ejusmodi solen-
nitas, cujus quoque *in l. 4. C. de adopt. & l. 23. de prob.* fit
mentio, & totus ferme adoptionis usus hodiè exspiravit.
Nec quisquam moveatur & dicat, nos imaginem adoptio-
nis adhuc observare in iis, quos locò filiorum alimus &
adfectu quodam prosequimur & filios nuncupamus.
Quemadmodum enim Romani idem quoque facere so-
lebant & tamen adoptionem solennem haud reputabant,
arg. l. 132. ff. de verb. obl. ita & adsciti à nobis non pro
liberis, sed pro alumnis, hoc est, eò locò, quò sunt li-
beri alieni, quos ut nostros enutrimus, habentur. Quos
quidem nihil prohibet etiam hæredes instituere, ut
quemlibet extraneum. Liberorum autem Jure non cen-
seri, nec agnationis; adparet ex effectibus: Inter has
enim personas nuptiæ sunt licitæ, sicut cum alumna Jure
civilis *l. 26. de nupt.* quò tamen Jure filia neque Patri ad-
optivi, neque soror adoptiva fratri, qui in ejusdem Patris
potestate est, nubere potest §. 1. & 2. *Inst. de nupt.* nec est
necesse, eos hæredes instituere, aut exhæredare, ut Jure
Rom. liberos adoptivos §. 4. *Inst. de ex hered. lib.* nec ad
successionem ab intestato vocantur, vel ut liberi, vel ut
agnati, aut cognati, *Vid. Tiraq. tr. de retract. gl. 8. §. 1.*
& seqq. Tholosan. l. 10. Synt. c. 6. Vinn. Comm. Inst. de ad-
opt. & alios quos longo agmine allegarunt. Quibus, mo-
dò de adoptatis ab extraneo, in quibus tantum militat ra-
tio, remissivè senserint, reclamandum hauderit. (β) Uter-

que enim actus procedit per fictionem Juris l. 2. ff. de ad-
opt. l. 2. C. eod. l. 13. de V. O. Jacob. Rick. tr. pecul. de union.
prol. (γ) Vid. Gail. 2. Obs. 125. n. 6. Treutl. Disp. 2. th. 1.
vol. 1. Schultz. Synops. Inst. Imp. tit. de adopt. (δ) Nam
in hoc contractu, ne res ad concordia vinculum compa-
rata discordiam inter liberos excitet nimiâ facultatum
inæqualitate, tradente, ductò argumentò ab adoptio-
ne & adrogatione, satis eleganter Gailio 2. obs. 125. exacta
cognitio & Magistratus auctoritas intervenire debet.
Add. l. 8. ff. de adopt. l. 1. l. 10. C. eod. Hinc si quid horum
factum non erit, planè non valet unio arg. l. 5. ff. de cond.
Inst. l. 13. §. 2. ff. de reb. dub. aut. si pater, dum in vivis es-
set unionem haud fecerit, sed eam testamento fortè in-
ducere voluerit, itidem non valebit, unio enim citra so-
lennia fieri non potest. Gail. d. obs. n. 11. Ita verò proli-
um unio debet esse comparata, ut diversorum matrimo-
niorum liberi conjunctim succedant utrique Parentum,
quod si verò Pater in testamento ut proprii sui liberi una
cum liberis uxoris suæ succedant uxori, disponat, id non
valet, tum, quod hâc ratione sibi non tantum, sed &
uxori quoque testamentum, quod jure non potest, con-
deret, tum, quod vera prolium unio dici non possit, si
Parens, ut sui saltem liberi succedant, in testamento dis-
ponat. Nec quicquam facit ad rem Nov. 22. C. ult.
Nam illa saltè vult, quod Pater vel mater decedens in-
ter liberos ex priori & liberos ex posteriori matrimo-
nio procreatos æqualitatem servare debeat: Accedit,
quod prolium unio multas planè solennitates, quæ in te-
stamento non requiruntur, adsciscat. Etenim prolium
unio est species adoptionis, quæ privatim celebrari non
potest, sed coràm Magistratu celebranda est l. 2. ff. de off.
proc. l. 36. ff. de adopt. pr. & §. 1. Inst. eod. & desiderat
cau-

800

causæ cognitionem, quâ facultates eorum, quorum nomine parificatio prolium petitur, inquirantur & æstimetur, utrûm talis comparatio adsit, ne liberi primi vel secundi matrimonii indebitè damnum sentiant *l. 1. §. sed si quis. de carbon. edict. l. 17. §. 2. ff. de adopt.* Quæ omnia *arg. l. 2. & fin. C. de adopt.* fiant adhibitis iis, quorum interesse, veluti Tutorum, Curatorum & consanguineorum in ea vertitur actisque publicis intervenientibus. Unde satis elicitur, unionem prolium privatim per testamentum haud inducendam, sed necessariò coram Magistratu competente ac cujusque loci ordinario esse faciendam. Utrûm verò licita vel illicita sit, suboritur quæstio, quæ non nullam controversiam patitur. Et quod Unio prolium sit illicita, sunt qui his probare conantur rationibus. 1. Quod sit species pactionis & quidem de successione viventis & futura hæreditate. 2. Quod tollat liberam testandi facultatem quales pactiones, tanquam bonis moribus contrariæ, jure improben-
tur *l. 15. & fin. C. de pact.* 3. Quod liberi, pactione Unionis prolium subsistente, amplius ultionem & exhæredationem paternam non metuant, utpote qui obstante pactione paternâ exhæredari non possint, quod si possent, publicè expediret. 4. Quod prolium Unione pactis detur hæreditas, quæ tamen pacto dari non possit *per l. 5. C. de pact. convent.* & quæ sunt aliæ, quibus in infirmo pacto de successione viventis deque futurâ hæreditate inito turgent. E contrario verò sunt, qui pro Unione prolium regerunt 1. Pactum hujusmodi non iniri principaliter super successione, sed super cooptatione filiorum, quò videlicet mutua quædam conjunctio fraterni nominis inter proles utriusque matrimonii atque talis successionis æqualitas contrahatur ut fraterna
dile-

dilectio eò melius coalescere possit. 2. Ea quæ Jure civili statuta sunt, contrario Jure civili submoveri posse : Atqui testandi facultatem Jure civili esse introductam ; Ergo contrario Jure civili tollendam. Imò 3. valere pactum de futura successione reciproca per *l. 19. C. de pact.* Atqui unionem prolium hujusmodi esse pactum & per consequens licitam legibusque concessam. Singulæ ac universæ sanè rationes adductæ videntur esse concludentes. Etenim quia pactum de successione viventis & futurâ hæreditate, prout apertè cavetur in *l. fin. C. de pact.* tunc demum exitum atque effectum sortiatur, si tertius ille, de cujus hæreditate agitur, consensum suum accommodarit & in eadem voluntate suâ ad ultimum usque vitæ terminum permanserit, nihil id impedit. At quia Pater ejusmodi pactum revocare potest, consequens est, prolium unionem bonis moribus neutiquam adversari, nec pietatem lædere, nec votum captandæ mortis inducere, nec testandi licentiam adimere, sed potius naturam ultimæ voluntatis, quæ rescindi valet, induere, adeòque nullam esse rationem, quæ ejusmodi prolium unioni possit esse impedimento. Quod ut eò magis obtineat, suffragio ei est auctoritas. *Petr. Gilcken.* qui in *l. 15. C. de pact.* statuit, pactiones dotali instrumento vel quovis alio comprehensas de bonis ex æquo inter proles suas ita dividendis, ut Parenti nulla moderandi facultas supersit, nullos habere effectus, nec iisdem ita Patrem adstringi ut liberâ potestate testandi suis de bonis amplius non fruatur, quamvis etiam statutò disertè id cautum, vel consuetudine introductum sit, cum talem consuetudinem corruptelam potius dicamus, ut quæ Juri naturæ adversetur, pietati noceat & multa alia modò adducta incommoda adferat.






ULB Halle 3
003 358 763



(f) Sb.

WMA







1673, 7
42
9

NUMINE DIVINO MODERANTE
ET
Magnifico Jctorum Senatu in Il-
lustri Academia Salanâ
ADPROBANTE,
Decadem Positionum Juridicarum
DE

ANTIQUO ET MO-
DERNO ADOPTIONUM JU-
RE ET STATU,

Sub PRÆSIDIO

DN. JOHAN. CHRISTOPH.
Baldner / J. U. D. & Prof. Publ. Celeber-
rimi, Consilarii Saxonici, Dicasterii Provincia-
lis, Scabinatus & Juridicæ Facultatis Asses-
soris Gravissimi,

*Dn. Doctoris, Patroni ac Promotoris sui omni honoris
cultu atq̃m de venerandi,*

Ad diem Junii M. DC. LXXIII.

In Auditorio Jctorum,

Horis consuetis,

Disquisitioni publicæ exhibet

AUTOR

Christian ALBERTI Rick. Misn.

J E N Æ

Literis JOHANNIS WERTHERI.